



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XIII. Vt episcopi & comites in pauperum domibus nisi rogati non diuersentur: & vt praedas ac deuastationes inhibeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

pos vt sanctos patres honorent & venerentur , &
ad ministerium illorum peragendum , vbi cumque
potuerint , eos adiuuare decent. Si vero , quod
non optamus , eis infestis , quo minus quae Dei sunt
exercere possint , reperti fuerint , aut ipsi contra le-
ges officia sua violauerint , & eos quos venerari de-
bent inquietauerint , secundum capitulare aui &
genitoris nostri emendent . qualiter quoque pre-
sbyteros ac reliquos gradus honorent , ipsius capi-
tularis forma doceantur . Ipsi nihil minus episcopi
singuli in suo episcopio missatrici nostri potestate &
auctoritate fungantur .

XIII.

Vt episcopi & comites in suis ministeriis com-
morantes , in suis consistant domibus cum suis vas-
sallis , neque presumant occasione hospitii in pau-
peris cuiuspiam vicini domo nisi rogati commora-
ri : quia ob hoc maxime deprædationes & discor-
dias haec tenus pullulasse manifestum est . Præui-
deant quoque , secundum ministerium unusquisque suum , ne in potestate illorum prædæ & deua-
stationes fiant : & si aliqui hoc facere tentauerint ,
omni sua virtute illis resistant . Et si ipsi per se con-
stringere illos ad emendationem non potuerint ,
constitutis missis nostris renuntient , vt ipsorum
iudicio legaliter secundum capitulare aui & genito-
ris nostri emendetur . Quod si & ipsi hoc emenda-
re nequiverint , ad nostram notitiam perducant .

XIV.

Vt quoties diuinum iudicium ecclesiæ præsu-
lem a saeculo vocauerit , nullus ad suimet perditio-
nem